FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Johann Lorenz Mosheim an Johann Jacob Rambach.

Mosheim, Johann Lorenz von

Helmstedt, 07.11.1725

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-61953

Visual Library

7 XI 1725
A179 132

Copia

Viro Maxime Reverendo, Eruditiſſimoque
Io. Iac. RAMBACHIO
S. P. D.
Ioh. Laurentius Moshemius

Ita est, Vir doctiſſime,! Rari ſunt modeſtiæ et candoris
amici inter eos, qui ſcientia ceteris ſuperiores vel ſunt
vel videri volunt. At nos, qui Chriſtum ducem et magiſtrum
ſequimur, ne his alligati vitiis pereamus, in primis per-
ſpicere oportet. Quod ad me quidem ſigillatim attinet, ni-
ſi me ſervatoris præcepta invitarent ad ſinceritatem co-
lendam, eo fortaſſis ipſa natura duce venirem. Tan-
to minori dignus ſum laude, ſi, quod peccatū eſſe video
retracto. Tu tantum mihi tribue, quantum velis: In-
humanum foret, ſtudio Tuo limites ponere. Ego vero,
qualis intus et in cute ſim, omniū novi optime. Sic ergo
verba Tua ſemper interpretabor, ut ſentio interpre-
tanda eſſe. Nuper vir doctiſſ. CHRIST. WOLLE
quem amicum TIBI eſſe intelligo, humaniſſimis litteris
conſilium ſuum me confutandi apud me excuſavit.
Neſcio qualem me putat eſſe vir eruditus: Si me vero

noſſet, abſtineret a deprecationibus ejusmodi. Doleo, novas vobis lites cum ven. Cypriano excitatas eſſe, quæ non poſſunt non cum variis conjunctæ moleſtiis eſſe. Et me quondam vir celeb., nomine licet non indicato, non levi percuſſit injuria. Lege quæ de Tolando habet in Continuatione Compendii Gothani. Hanc ego injuriam quomodo ſim ultus, vide in Præfatione P. 1. Sacrorum ſermonum meorum. Eorum ut ex diſſ. de Platonicis non ita pridem habita tria nunc ad Te veniunt exempla. Quorum unum ſervabis TIBI, bina reliqua ven. Socero et venerab. Franckio, cui ob transmiſſum librum valde ſum obſtrictus, meo nomine mittes. Conciones a Te habitas cum voluptate legi: placet erudita illa ſimplicitas, quam etſi vehementer imitari ſtudeo, ingenium tamen ſemper adhuc repugnat. Dies forte ſedabit iſtos naturæ impetus. Legi etiam non ſine gaudio, quæ de fratribus Moravis beneſi-

Franckesche Stiftungen zu Halle
DFG

cio Tuo ad me pervenerunt. Deus misereatur hominum illorum, de quibus istud Augustini non male usurpas: surgunt indocti ac coelum rapiunt. Agam ergo caussam eorum strenue, prima quo, que occasione. Waltherum virum egregium et ingeniosum esse, ex scriptis video. Misi ego ea ad unum eorum, qui res curant Academiae. Itaque quid sperare liceat, mox apparebit. Deus hanc etiam rem comendatam sibi habeat. Tu vale, vir egregie, meque, quod facis, ama. Dab. Helmstadii d. VII. Novembr. MDCCXXV.